

## RŌMULUS ET SABĪNAE

## XIII

RŌMULUS erat Martis fīlius. Mars erat deus belli et armōrum. Mīlitēs Rŏmānī Martem adōrābant et in Martis ārīs victimās mactābant. Rŏmulus igitur mīlitēs et arma vehementer amābat. Urbis Rŏmae p̄rimus rex erat. Sed virī solum urbem habitābant ; neque uxōrēs neque sorōrēs habēbant. Itaque Rŏmulus tōtum populum convocāvit, et “ O cīvēs,” inquit, “ nullās fēminās habēmus, sed Sabīnī cīvitātem finitimam habitant. Sabīnī fēminās multās et formōsās habent. Sabīnōs igitur cum fēminīs ad lūdōs invitābimus, et virginēs raptābimus.” Rŏmānī igitur Sabīnōs ad lūdōs magnōs invitāvērunt. Pax erat inter Rŏmānōs et Sabīnōs. Itaque Sabīnī ad lūdōs Rŏmānōrum libenter properāvērunt. Nec scūta nec gladiōs nec hastās apportāvērunt. Cum Sabīnīs virginēs multae et formōsae properāvērunt. Sabīni lūdōs Rŏmānōrum spectāvērunt. In mediīs lūdīs Rŏmānī magnā vōce subitō clāmāvērunt, et ecce ! virginēs Sabīnās raptāvērunt et ad casās portāvērunt. Frustrā matrēs lacrimāvērunt, frustrā virōs in arma incitāvērunt. Rŏmānī scūta et gladiōs et hastās habēbant ; Sabīnīs nec scūta nec gladii nec hastae fuērunt.

**arma, -ōrum, n. pl.**—arms.  
**bellum, -i, n.**—war.  
**cīvis, -is, c.**—citizen.  
**cīvitas, -ātis, f.**—state.  
**clāmo, I**—I shout.  
**fīnitimus, -a, -um**—neighbour-  
ing.  
**formōsus, -a, -um**—beautiful.  
**gladius, -i, m.**—sword.  
**invīto, I**—I invite.  
**Mars, Martis, m.**—Mars, god of  
war.  
**māter, -ris, f.**—mother.  
**medius, -a, -um**—middle.  
**mīles, -itis, c.**—soldier.  
**pax, pācis, f.**—peace.  
**primus, -a, -um**—first.  
**rex, rēgis, m.**—king.  
**Rōmulus, -i, m.**—Romulus, the  
founder of Rome.  
**Sabinus, -i, m.**—a Sabine. The  
Sabines were neighbours of  
the Romans.  
**Sabinus, -a, -um**—Sabine.  
**scūtum, -i, n.**—shield.  
**soror, ōris, f.**—sister.  
**urbs, urbis, f.**—city.  
**uxor, -ōris, f.**—wife.  
**virgo, -inis, f.**—virgin.  
**vox, vōcis, f.**—voice.

From now on you will be checking words you have not had before against the IGCSE vocabulary yourself. You will find the vocabulary listed on page 13 of the [syllabus](#). If you have any difficulty finding this get in touch with me. If a word in the passage is on the list it should go into your notebook. If the word is not in the vocabulary it will be in the vocabulary listed at the end of the translation passage or (if it has occurred before) on the list attached to one of the previous passages. If you get stuck or run into any difficulties contact me. My translation is on the next page.

Romulus was the son of Mars. Mars was the god of war and arms. The Roman soldiers worshipped Mars and sacrificed victims on the altars of Mars. Romulus therefore loved soldiers and arms. He was the first king of the city of Rome. But only men were living in the city; they had neither wives nor sisters. And so Romulus called the whole people together and said, "O citizens, we have no women but the Sabines live in a neighbouring city. We will therefore invite the Sabines with their women to a great games and we will snatch up the maidens." The Romans therefore invited the Sabines to the great games. And so the Sabines hurried gladly to the Roman games and many beautiful maidens hurried with the Sabines. The Sabines watched the Roman games. In the middle of the games the Romans suddenly shouted with a great voice and behold! They snatched up the Sabine maidens and carried them to their cottages. In vain the mothers wept, in vain the men urged on arms. The Romans had shields and swords and spears. There were no Sabine shields nor swords nor spears.